Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

In quo dicit splendor unus divitias ostendit et patre et cum patre
semper esse. sine minor credatur ideo aut cedere naturae atque substantiae
formam filii signatam et expressam cui maiestatis imperio guber-
nantur cuncta atque liberantur. vel signis atque prodigiis caelestibus
admoneatur plurimos prophetasse filium dicens. quo hominem que
significat heredem. cum qui ex semine dauid secundum carnem mor-
te sua credentium insi adquisivit hereditatem. factorem seculorum
verbum dei per quem cuncta creata sunt et condita. Contestante deo
signis et portentis et variis virtutibus et spiritus sancti distributionibus
secundum suam voluntatem. Non enim angelis subiecit orbem terrae
futurum de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis dicens.
Quid est homo quod memor es eius aut filius hominis quoniam uisitas eum.
Minuisti enim paulominus ab angelis. gloria et honore coronasti
eum et constituisti eum super opera manuum tuarum. omnia sub
iecisti sub pedibus eius. In eo enim quod ei omnia subiecit. nihil di
misit non subiectum ei. Hunc autem necdum uidemus omnia subiecta
ei. Eum autem qui modico quam angelis minoratus est uidemus iesum
propter passionem mortis gloria et honore coronatum ut gratia dei pro
omnibus gustaret mortem. finem consummari. III

Decebat enim eum propter omnia et per quem omnia qui multos
filios in gloriam adduxerat auctorem salutis eorum per passio
qui enim sanctificat et qui sanctificantur ex uno omnes. Propter quam causam
non confunditur fratres eos uocare dicens. Nuntiabo nomen tuum
fratribus meis. in medio ecclesiae laudabo te. Et iterum. Ego ero fidens in
eum. Et iterum. Ecce ego et pueri mei. quos dedit mihi deus.
Quia quidem pueri communicauerunt carni et sanguini et ipse
similiter participauit ut per mortem destrueret eum qui habe
bat mortis imperium id est diabolum et liberaret eos qui timore
mortis per totam uitam obnoxii erant seruitutis. Nusquam enim
angelos adprehendit sed semen abrahae adprehendit. Hic ostendit
secundum carnem de una eademque massa. et xpm esse qui sanctificat et eos
qui ab ipso sanctificantur. Hic credentes in xpm. non secundum carnem